



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Sermones Fratris Gabrielis Barelete ordinis predicatorum
tam quadragesimales: q[uam] de sanctis**

Barletta, Gabriel

Parisius, 1507, XXV. Jan.

Feria. v. secunde dominice. xl. an diuites possint saluari.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-69837](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-69837)

Feria quinta.

nisi exoneretur. Auari vero volunt exonerari ab illicite acquisitis Lu. xvij. Facilius est camelis transire per foramen acus: quā diuites intrare in regnum celorum. ¶ Tercij sunt negligentes operari Mat. viij. non omnes qui dicunt mihi dñe dñe intrabit in regnum celorum: sed qui facit voluntatem patris mei qui in celis est. Mens enim nostra debet esse intenta ad fruendum xpo. ¶ Quarti vani gloriosi. et elati Joh. x. Xpus enim est ostium quo intratur. Sed ostium est bassum. Unde non potest quis intrare nisi demisso capite. scz. mente humilitatis Mat. xvij. Nisi conuerfi fueritis et efficiamini sicut paruuli non intrabitis in regnum celorum. Exemplum mulieris conuulsi: qui post mortem apparuit sue familiari et dixit. Heu misera me: sum dānata propter ortum vestium. Et in residuis bona fui Ad idem. Quidam frater noster aiam femine dānate sibi apparentis interrogauit qui sunt peccata quibus homines damnantur Ad illa. homines inquit per omnem viam peccati ad inferna eunt. Sed mulieres propter quattuor genera peccatorum. Primo propter peccatum lingue dicendo malum de primo: et seminando discordias. Propter peccatum sortilegij. Et propter erubescendum peccatorum confitentorum. Propter peccatum vani ornatus et pictoris. Interrogans autem an posset iuari. anima disparuit De hoc Asculanus. Ne femine stulte credatis nec vos accendit eius ficta venustas: sed inspicite quomodo intus est utilis ignis. mulier est inferni abyssi: nunquam dicit sufficit. Sed sine fine cupit. An patet secundum. Tercium dicitur et cetera. In ps. xxx. Retribuet dominus abundanter fac. sup. Quod patet exemplis scripture Lucifer punitus est: quia superbus. Adā et Eua electi sunt de paradiso: quia superbi. Volentes edificare turrin babilonis usque ad celum sunt puniti. Pharaon submersus est: quia superbus Sennacherib exercitus. clxxxv. milia sunt interfecti. Et holofernes.

Judith. vi. Et de Simone mago qui coram populo romano voluit ascendere in aere: punitus est: quia cecidit in terram toto corpore colliso. Exemplum notabile in libro de viij. donis. Cuidam philosopho fuere posite iste questiones ut eas solueret. Prima. Cum quibus socijs erat homo? Respondit cum sex. Fames sitis: calor: frigus: infirmitas: mors. Secunda. Ubi esset homo? Respondit in bello plurimo. Anteretro: sursum: deorsum. Tercia questio. Cui filius erit homo? Respondit. Aceruo nuntius qui sicut a calore resoluit: sic homo putredine terrenis efficit. De qua Seneca. xxij. Cinis es et in cinere reuertaris. Et Petrarca liij. Tristis. mortis. O cecidit: curere: quod iuuant oculos reuertimini ad antiquam matrem. Noster poeta describit lapidam auream iniam. O ceci et incircumspecti mortales: nimium rerum caducarum cupidum ubi sunt preciose gemme ubi lecti parati. Joh. Ber. lib. med. Die mihi ubi sunt amatores mundi qui ante pauca tempora nobiscum fuerunt. Nichil ex eis remansit nisi cineres et cineres. Attende diligenter quod sunt et quod fuerunt. homines fuerunt sicut tu riserunt: bibebat coederunt: duxerunt in bonis dies suos et in puncto ad inferna descenderunt. hic caro eorum humida: illic aie ignibus deputant: donec rursus infelici collegio colligari sepulchris involuant incedis qui socij fuerunt in vicij. Quid illis profuit inanis gloria: breuis leticia: mundi pompa: carnis voluptas: false diuitie: magna familia: et magna scientia. Ubi nunc eorum risus. Ubi locus. Ubi abundantia. Ubi arrogantia?

¶ Feria quinta secunde hebdomade An diuites possunt saluari.

Homo quidam erat diues et induebatur purpura: et bysso Lu. xvi. Quare non exprimitur nomen diuitis sed bene pauperis: quia Lazarus.

Respondet Greg. qz non erat cognit⁹ iste diues: noticia approbationis. Un⁹ christus de reprobis Math. viij. Nun⁹ q⁹ noui vos: discedite a me. Et de factis uirginibus. Amen dicovobis nescio vos. Et ps. Deleantur de libro uenturum. r. c. Erat ergo diues: in quo ostenditur sup⁹nititas in suo incessu. Induebatur purpura: que est vestis regalis. Et bysso: idest camisia lim subtilissimi. In quo ostenditur excessus in vestitu. Epulabatur quotidie splendide: in quo ostenditur excessus in victu. Et erat. s. in eadem ciuitate quida⁹ nomine Lazarus mendicus. Mendicus d^r: qui elemosinas querit nutu solo. Pauper autez qui ore. Iste dicebatur mendicus: iacebat ad ianuam etus vlcerebus plenus cupies saturari de micis. Non dicit de p⁹ciolis que cadebant de mensa huius diuitis: nemo illi dabat. Quia tali domino: talis est familia. Ideo illi p⁹for mabantur in duritia mentis. Sicut est pater: ita comunitur fili⁹. Sz canes venieb⁹ r lungeb⁹ vlcera eius. Gratiores er⁹t canes q⁹ iste infamis diues: qz lungeb⁹t sua lingua. Scti⁹ est: vt moreretur pauper Lazarus: et portaretur ab angelis i sinu abrahe scz ad lumbū sanctorū patrum vbi desce⁹ndebant iusti ante xp⁹i ascensionem. Mortuus est autem r diues r sepultus in inferno. In signū q⁹ diuitie hominem non saluant. Eleuans autem oculos dum esset in tormentis. vidit abraham a longe et Lazarum in sinu eius. Queritur. Utrum dānari videant glouiam brōz: Rūdeo q⁹ sic. vt sic eorum pena plus crescat. Sed confuse vident vsqz ad dies iudicij. Ex q⁹ visione: o quis dolor. Un⁹ ps. Peccator videbit r irascetur. Sequitur. Pater Abraham miserere mei. Glosa. Falso patrem vocat: quem in operibus misericordie noluit imitari. Mitte Lazarum: vt intigat extremū digiti sui in aquā: vt refrigeret linguam meā. Ibi plus cruciebatur: quia per

eam plus peccauerat: Rūdit Abraham. Recordare fili: qz recepisti bōa in vita tua. Hiero. sup hoc. Difficile inmo impossibile est: vt et p⁹ntibus r futuris quis fruat bonis: vt r ventre hic et ibi mentem impleat: vt de delicijs ad delicias transeat: r in vtroqz seculo gl⁹iosus appareat. Policrates lib. iij. c. Impossibile dicit quidā: et hic florere cuz mundo: et in eternum florere cum xp⁹o. Et lazarus similiter mala. Videns de hoc non posse exaudiri: petijt aliud dicens. Rogo te p⁹ habeo quinqz fratres. r. c. Utrū reprobi vellent oēs dānari: Rūdet Thom⁹ iij. di. l. q⁹ sic: etiā parentes. Et hoc p⁹pter inuidiā q⁹ est in eis. Sed inuident suis ppinqs q⁹ alijs: qz eoz pena augmentaret. Et hoc diues nō est mor⁹ ex charitate: sz p⁹pter bonuz suuz. Et ait illi Abraham. hnt Moysē r p⁹phas. Primo Moysen q⁹ eos docuit moralia agēda. Et p⁹phas. Qui docuerunt mystica credēda. Audiant illos. Nō pater sz si q⁹s ex mortuis ierit ad eos penitentiā agent. Moti scz ex nuncio: Respondit. Si Moysen r prophetas non audiunt: neqz si quis mortuus resurrexerit credēt. Qd patet p⁹ effectum. Qz Lazaro resurgenti: et xp⁹o testimonium phibenti non crediderunt: sed magis interficere eum voluerunt: vt d^r Jo. xij. Similiter nec xp⁹o resurgenti: sed magis susceperunt falso ipsum non resurrexisse. Et corpus eius a discipulis fuisse furatum. In quo euangelio predicabim⁹ de diuicijs. De quibus. iij. sunt consideranda.

¶ Primum: d^r opinionis.

¶ Scdm. d^r declarationis.

¶ Tercij d^r inductionis.

¶ Prīmū dicit. r. c. Querit dubium. Utrū diuites diuitias habentes: aut habere volentes: possunt ad eternā vitam peruenire? Circa hoc due sūt opiones. Una est opinio pauperū. Alia diuitum. Pauperes arguunt pro prima opinione: q⁹ diuites non

Feria quinta.

possunt saluari. Unde probant tripli-
ci medio conclusionem.

¶ Primo dictis scripturarum.

¶ Secundo dictis doctorum.

¶ Tercio dictis philosophorum.

¶ Primo dictis. *Eccl. xi.* Si diues fueris non eris innocens a delicto. Et *Proverb. xxvij.* Qui festinat ditari: non erit innocens. Et *David ps. xxxij.* Diuites eguerunt et esurierunt. Et *i. Thi. vi.* Qui voluit diuites fieri incidit in temptationem et laqueum dyaboli. et desideria mala. que demergunt hominem in iteritum et perditionem. Preterea veritas incarnata *xps Luce. vi.* Ue vobis diuitibus qui habetis consolationem vestram. Et *Mat. xix.* Facilius est camelum intrare per foramen acus: quam diuitem intrare in regnum celorum. Et *Ygo maria* in carico suo: dulciter canit. *Luce. ij.* Esurientes impleuit bonis: et diuites dimisit inanes. Et hoc *xpus* voluit in exemplis paupertatis eligere matrem pauperculam et *Ioseph* carpentarium: pauper ipse permanens ad patibulum crucis. *Un. Lu. xvij.* Vulpes foueas habent. et volucres celi nidos: filii autem hominis non habent vbi caput reclinet. ¶ Secundo dictis doctorum. Quid dicis o *patre Augustine* in libro. *lxxxij. q.* Venenum charitatis est spes adipiscendorum. Et *Criso. super Mat.* Si bonum esset aurum: utique *xpus* dedisset apostolis: que eis ineffabilia contulit bona: quoniam pauperes et orphanos eos voluit esse: ut exemplis paupertatis et contemnendi diuitias nobis daret. ¶ Tercio dictis. *Eccl. x.* Seneca lib. de moribus *eccl.* Mihi crede: non potes esse diues et felix. Et *Tul. lib. i. offi.* Pecunie fugienda est cupiditas. Nichil est enim tam angusti tanquam parui animi: quam amare diuitias. Nichil est honestius atque magnificentius quam pecuniam contemnere. *Ille.* Ex hoc *phi.* ipsas contempserunt: ut *pontifex Valerius de Anaxagora.* Cum vidisset omnia sua dissipata di. Non essem ego saluus: nisi ista perissent. Et

zeno philosophus. Inbet me fortuna expeditius philosophari. Et *crates Thebanus:* pgens Athenas ad philosophandum: venditis bonis suis et in auxilium commutatis. pecuniam illam proiecit in mare incidens. Intra aurum et diuitie: potius vos mergam: quam mergar a vobis. Et sic *pater prima opus.* que diuites non possunt saluari. Exemplum illud diuitis hodie que mortuus et daturus. ¶ Secunda opus est diuitum: que diuites saluant et non pauperes. Quod probatur auctoritate et exemplo.

¶ Primo auctoritate scripture *li. pater. xxvij.* Propter inopiam multi delinquant. O quot furant. O que vadunt ad lupanaria. Pete a mulieribus pluribus que vadunt ad loca siliis. Pro maiore parte dicent. O *pater:* que paupertas me cogit. Si dico de sacramentis factis et de alijs rebus illicitis. *Un. phis m. i. Eth.* Impossibile est indigentem operari bona. Et *m. iij. Eth.* Ciuis indigentia mala. Sed per oppositum. homo diues potest facere elemosinas: subuenire miseris redimere captiuos: maritare puellas fabricare ecclesias: construere monasteria quod facere non potest pauper et inops. Et hoc modo potest se redimere de manu dyaboli. *Proverb. xij.* Redemptio anime viri: diuitie proprie *Ambrosii.* sicut per *Luce.* Diuitie probis sunt adiumenta salutis. ¶ Secundo probatur exemplo. Ad sunt exempla virorum sanctorum. *Sen. xij.* *Abraham* fuit diues auro et argento: et tamen saluatus est. Et *Job. i.* Fuit diues vij. milia ouium: tria milia camelorum. tamen saluatus est. Et *Mat. viij.* Centurio fuit diues. tamen a *xpo* commendatus de maxima fide. *Amc dico vobis.* Non inueni tantam fidem in israel. Et *Lu. xix.* *Zacheus* fuit diues. tamen meruit *xpm* suscipere hospitio. Preterea *Gre. papa Siluester* papa. *Sanctus Rochus.* s. *Ludovicus rex francorum.* fuerunt diuites. tamen sunt salui. Igitur diuites melius possunt saluari quam pauperes. Et sic patet *primum.* Videamus veritatem.

¶ Secundum principale. *eccl. x.* Doctores nostri super hanc mater iam tas

lem dant distinctione. Aut dñes bene se habz ad diuitias. vt dō illis ad dei laudem et comodum primi Aut male Si p̄io modo Diues saluabit Si sc̄o mō dānabitur. ad hoc vt bñ et sine peccato se habeat ad diuitias opus est vt se custodiat a sex malignitatibus: que faciunt diuitem dānosuz

¶ Prima d̄ inordinata sollicitudo

¶ Secunda d̄ illicita cōgregatio.

¶ Tertia d̄ improba affectio

¶ Quarta d̄ iniqua possessio.

¶ Quinta d̄ p̄dgalis expositio.

¶ Sexta d̄ sup̄ba uersatio

¶ Prima dicitur r̄c. Abstinerē ab excessiua sollicitudine. Quod ostēdit ch̄istus. Mt̄he. vi. Nolite solliciti eē dicentes. Quid manducabimus. aut quid bibemus: aut quo operiemur.

hec oia gentes inquirūt Scit enim pater vester celestis: qz his omnibus indigetis. Sequit̄. Primū querite regnum dei et iusticiam eius et hec omnia adiicient̄ vobis Iste est mod⁹ congregādi. Sz dicit̄ mihi diues O p̄r habeo puellas nobiles oportet me lucrari oportet me esse sollicitum. Preterea nonne dñs dixit Genes. iij. In sudore vultus tui vesceris pane tuo et ps. Labores manuu tuaz qz manducabis. R̄ideo fm̄ doc. q duplex ē sollicitudo Una bona altera mala.

Bona nō est qñ homo p̄pter tēpora: lia bona nō amittit diuina: nō missas nō sermones et alia necessaria aie p̄prie. Quia postq̄ p̄fecit oia que sunt aie occupat se circa corporalia. Ista nō ē bona sollicitudo: sine qua nemo diu vivere p̄t. Un̄ h̄iero. sup̄ Ma. sollicitudo tollenda ē: labor aut̄ exercend⁹ Secunda dicit̄ mala. et est qñ hō non curat de aia nō de deo: et totum conatum suuz ponit in acquirendis diuitijs: vnde vt diues fiat postponit oia bona aie. Et dixit qui in hoc mundo bene habet in alio. O iudee. o canis.

Contra tales dicit Grego. di. xlvij. omnes dilectores in terrenis reb⁹ fortes sunt in celestib⁹ autē debiles Nā

tpali gl̄ia vsqz ad mortem desudare appetunt: et p̄ spe perpetua nec parū quidē in laborib⁹ subsistunt. Ille. tales diuitie sunt in damnationē possidentis: qñ nimirū inordinate satagit in ip̄is acquirendis. Figura. Lu. xi. De illo diuite qui cum m̄tra sollicitudine congregasset bona tp̄alia: intra se cepit cogitare dicens: Anima mea m̄tra bona habes in annos plurimos Requiesce comede bibe. In nocte autē fuit ei dictū. Stulte h̄ac nocte aiaz tuaz demones reptent. que sūt parasiti cuius erunt? Nūquid tuā possessionē quā cum sudore plantasti. Nūquid domum tuā quā de pinxisti. Nūquid possi debis hec bona: vt tua. Ideo a scula: nus lib. iij. Omne creatum currit p̄ quattuor anni t̄pa: nec est stabilitas i terrestri regno: vn⁹ it̄ alius venit: vn⁹ miser et alter beatus Oia humana subiacent motui. ¶ Sc̄da malignitas r̄c. Qñ homo cōgregat diuitias modo illicito: cum rapinis. fraudibus extorsionibus. Tales diuitie faciunt hominem damnosum et p̄uant ip̄m vitam eterna. Quid dicis o David. Dñe q̄s habitabit in tabernaculo tuo: aut q̄s requiescet in monte sancto tuo. Nunquid vsurarius? Nunquid fraudator Non vere Sed qui ingredit̄ sine macula et operat̄ iusticiā. i. que iuste acquiruntur. Et alibi Quis ascendet in montē domini. R̄sum⁹ est. Innocens manib⁹ et mundo corde qui non accipit in vanum aiam suam: nec iurauit in dolo p̄mi sui Sed ve m̄do a sc̄dalis. quia hodie diuitie congregant̄ mille modis illicitis et vsuris Nota Bona. q̄ triplex est vsura: qua homo cōgregat diuitias. Prima animi Ille pauper petit in mutuu. x. aureos ab auaroy surario Ille prestat ei sub spe lucri accipiendi qd̄: aliter non faceret Usura est licet non exprimat verbo O quot sunt de istis. Secunda est signi. Et est qñ quis difficilem se reddat: ad mutuandum cū requiritur. Respondit ei. Vere non habeo modo

Feria quinta

Et utiq; talibus verbis ut indigens dicat. Amice: non ero ingratus. Talis si accipit aliquid ultra sortem: usura est: et illicita congregatio. O quot sunt de his. Tertia est usura pacti. cum quis pacitur facit. Ego volo sic: et sic: ut faciat tibi tale servitium. Et quod plus est: quidam faciunt per instrumentum. Et si sunt decem faciunt dicere. xvi. Creme qui dicitur ribaldus qui mutuo dabat frumentum: faciebat fieri instrumenta si erat decem dicebat quiddecim. Quidam pro: scilicet Faustinus nomine familie pefavorum fecit manum pscidi notario. Et usurarius in camera de. s. Marco: usurarius publicus. O beate leges O pretores tales ius agatis. Contra tales Deute. xxiij. Fratri tuo absque usura id quod indiget accommodabis. Tales diuitie sunt in damnum possidentis. Unde patet scilicet malignitas. Tertia dicitur et. Quando homo amat diuitias intente ponens in ipsis sinez suis. Unde dauid in ps. Nolite sperare in iniquitate. et rapinas nolite concupiscere diuitie si affluant et. In quibus vobis Tho. in expone. ps. Dicitur quod circa amorem diuitiarum homines se habent quadrupliciter. Quidam perfecte. Quidam stulte. Quidam mirabiliter. Quidam danabiliter. Primo perfecte. Qui non habent diuitias. nec cupiunt habere ut fuit Dauidus qui unam solam tunicam habuit. Et debeato Vincetio qui tenuit capellam. et alij sancti. De talibus Mat. v. Beati pauperes spiritu et. Et Asculanus lib. ij. En hi sunt patres immaculati mundum dolosus continentem semper incedunt operationibus virtuosus quos virtus in celum deducit ceteris in eternis penis desolatis. Secundo quidam fatui qui non habent sed cupiunt habere. De istis plenus est mundus. Quicumque diuitias cupiunt. Seculares religiosi. Un phis. i. poli. desiderium diuitiarum vadit in infernum. Tales sunt fatui qui cupiunt habere quod confusionem potest inducere anime et meritum sue paupertatis

amittunt. que voluntaria debet esse. Tercio quidam mirabiliter. Qui diuitias habent non tamen amant eas ut patet de multis viris sanctis Ludouico rege francie. et de alijs. Et vere hoc mirabile. De hoc Eccl. xxxi. Beatus vir diues qui inuentus est sine macula et qui post thesaurum non abiit: nec sperauit in pecunie thesauris. Quis est hic et laudabimus eum. Fecit enim mirabilia in vita sua. Secundo dicitur Tolo. aliquid dicitur mirabiliter propter duo. Quia dicitur mirabiliter propter raritatem ut ea que raro eueniunt admiratione causare solent ut ecliphs solis et huiusmodi. Secundo propter difficultatem. ut quod homo in igne non comburatur. Ad propositum. Raro contingit quod homines diuitias habentes non amant. Et difficile est Ideo dicit. Fecit mirabilia et. Et Augu. Difficile est diuitias possidere. et non teneri nimis amore earum. Sicut rex Ludonicus in francia. Alexander rex in oriente. Quarto quidam et. Quia pro ipsis acquirendis non curant deum offendere et peccata committere. De istis Mat. xix. Amicus dico vobis. quia difficile diues intrabit in regnum celorum. et Lacta. in. vi. c. i. virtutis via non capit magna onera gestantes. Eo fit ut pauperes et humiles deo facilius credant quod sunt expediti: quam diuites qui sunt pluribus impedimentis implicati. immo vero cathenati. Nec possunt in celum aspicere. quoniam mens eorum in terra defixa est. Ite. tales moriuntur desperati oculis auersis. cum clamoribus. Exemplum Illius Bononiensis quod basellie voluit aureorum an se di. O ducati mei: cum quanto sudore vos acquisiui. Cui vos relinquam. Et clamando expirauit Asculanus li. iij. Dico tibi te scire decet copiam diuitiarum meo iudicio acquiri sine dei displicentia non posse. Quarta malignitas et. Quod homo possidet bona pauperum pupit

lorum, viduarum orphanorum: ecclesia
rum. Tales diuitie hominem diuites
damnant. Unde Tho. xxiij. q. lxiij. ar. vlti.
Quandiu homo retinet male ablata
et primi bona: semper est in statu mor-
talis peccati. Unde tenetur ad restitu-
tionem et ad omne damnū et interesse.
Quia sicut accipere rem alienam est
contra iusticiam, ita etiam detinere.
Quia per hoc quod aliquis detinet rem
alienam iniusto domino, impedit eum
ab usu rei sue, et sic facit ei iniuriam.
Contra tales Leuitici. xix. Non mo-
rabitur opus mercennarij apud tevs-
q̄ mane. Uerte te frater Szabriel ad
diuites. O cives mei, ad vos clamo quod
bona pauperum iniuste detinetis. O
pater habemus puellas et magnas fa-
miliam ad nutriendum. Si redderē vo-
lum⁹ mendicari cogemur ad hospita-
le venturi edent nos pediculi, nec po-
terimus pompaticè incedere. Audi di-
uum Hieroni. in epistola ad Serotianū.
Melius est rem familiarem minui quā
anime salutem perire. Et melius est a-
mittere, quod velimus nolimus aliq̄
perituum est quā id amittere: pro quo
dimittenda sunt omnia. Ille. Et vere
sic est, quia melius est modicum in mi-
seria viuere, quā perpetuo cruciari. Sz
plures non faciunt quia sunt assueti
delitijs, et sic damnantur. Exemplus in
cinitate Parmedum quidam predica-
ret de nostris pdicatoribus contra vi-
tia: quidā vsurarius compunctus ve-
nit ad ipm vt restitueret male ablata.
Uxor et liberi audientes, ad ipm per-
gunt dicentes O socie mi quid vis fa-
cere. Non portabo plus manichas ru-
beas, et caudā vestium. Et filij. O pat-
er mi: nō poterimus incedere induti de
veluto: est de sanguine pauperum.
Audiens iste: noluit restituere. Et ille
pater cum filijs ad infernum sunt con-
ducti. O lupina conscientia. Tales di-
uitie damnant homines. Quinta
malignitas etc. Quia diuitias nō de-
bet expendere diues mala mente: sed
circa se prout opus est. Residuum ve-

ro circa pauperes. Unde Tho. xxiij. q.
xxij. ar. vi. Bona temporalia que ho-
mini diuiti conferuntur eiusdem quiz-
dem sunt quantū ad proprietatem: sz
quo ad vsum non solum sunt eius sed
etiam aliorum qui ex eis sustentari pos-
sunt, quod scilicet est superfluum. Ille
Non em̄ homo est dominus rerum sz
dispensator. Quod patet: quia non p-
pria: quia in morte nobiscuz eas por-
tare non possumus. Unde Ambrosius
distin. xlvij. c. Sicut hi. Esurientiū pa-
nis est que tu detines: nudorum est vesti-
mentuz quod tu recludis. Et Isa. lviij.
Frange esurienti panē tuū etc. Deut.
xv. Ideo ego p̄cipio tibi vt aperias
manuz fratri tuo egeno et pauperi, quod
tecum versatur in terra debz homo: et
se liberalis in dando. Talis fuit Ale-
xander magnus, qui nihil habere vo-
lebat quod cum suis militibus par-
ticipare non posset. Unde cum semel
per quandā siluaz pergeret: et ipse euz
suo exercitu deficeret siti: quidā pro
magno numero cyphuz aque ei dedit
quem ille effundi mandauit. Noluit
solus bibere postquam alijs non pote-
rat cōmunicare. Ille. Sed heu expens-
duntur hec bona in pompis, in equis
pauperes fame moriuntur. Et demon
super hoc deridet. Et cauda mulieris
est sella dyaboli. Exemplum habetur
sanctus zeno, dum semel iret post bea-
tum Ambrosium: vidit quandā mulie-
rem cum longa cauda incedentē et ce-
pit ridere. Requisiuit beatus Ambro-
sius curr isisset. Vidi inquit quosdā de-
mones dormitantes sup caudā huius
mulieris. Et dū transiret ipsa per vias
lutofam eleuauit caudam, et demo-
nes in ea dormientes: ceciderunt in
lutum. Unde alij demones ipsam
sequentes, valde riserunt. Ideo rise-
runt. O vanitas, O ditissime. Clamāt
pauperes: clamant nudi: et clamabūt
in iudicio. Iudicium iudicium domi-
ne. Tales diuitie sunt i damnationē
possidentis. Exemplo huius epus-
lonis, Qui expendens bona sua in:

pompis et comestionibus nec dans la-
zaro mica panis: damnatus est Moz-
tuus est diues etc. Sexta malignitas
etc. Quia homo superbe conuersat. et a-
lios despicit ex suis diuitiis. Tales
diuitie sunt in danum diuitis. Quot
hodie videmus superbire. Qui in pau-
cis diebus ex maxima miseria. vene-
runt ad maximas pompas et hoc per-
phas et nephas. Et nemo potest eis lo-
qui nisi cum ingenio et cum biretro in ma-
nu. Unde Tho. iij. pte. q. xl. ar. iij. ab-
dantia diuitiarum est superbiendi occa-
sio. Talibus vere diuitie sunt in da-
nationem. Unde apostolus. i. Thi. vi.
Precipe diuitibus huius seculi non sub-
lime sapere. neque sperare in incerto di-
uitiarum. Et quare o pater: quia mortalis
est. quia abominatio est. Et saccus est
verinius. De magno soldano legitur quod
in morte sua fecit deferri per totam ba-
bilonia super lanceam lineam et cla-
mari. Nihil de omnibus diuitiis secum
portat soldanus nisi hoc lineamem.
Petarcha. v. Triumpho Temporis
Pretereunt vestre elationes et pom-
pe similiter dominia et regna pertranseunt
omnia mortalia tempus detruunt.
Tertium principale etc. Inducimur
triplici ratione diuitias retinere: nec
corponere.

Primo ratione exemplaritatis.

Secundo ratione auctoritatis.

Tertio ratione damnabilitatis

Primo etc. De christo qui fuit pauper
usque ad crucis patibulum. In presepe
nasci voluit. in cruce nudus positus
fuit in omnibus pauper: ut doceret
nos cupiditatem diuitiarum contem-
nere. o pauper iesu. O mendice iesu.
qui nec domum habuit ad hospitandum
nisi in domo aliena. Preterea exem-
plum adest sanctorum. Vnicuique Francisci
aliorumque qui diuitias contempserunt.

Secundo ratione etc. Unde dis. xlvij. c.
Bonorum. Qui cupiditatem a se non ab-
scidit: auctori bonorum adherere non va-
let. Tertio ratione etc. Quid habes
opulentissime de auidicia tua. quo

ad corpus non nisi terram possides. Do-
muerunt somnum suum: et nihil inue-
nerunt etc. Et Job. xxvij. Diues cum
dormierit nihil secum affert. Et nota
quod dicit nihil. Job. xij. Diues audi quod
charita: hoc solum mihi super est se-
pulchrum. Eccle. x. Cui morietur ho-
mo hereditabit serpentes. O verbum
preciosum. Nunquid aurum argentum
Serpentes. O infamia. O epulentissi-
me. O serue. exemplo patet diuitis
huius: qui sepultus est in inferno.
Quapropter August. sermone ad he-
remitas. xxvij. Noli plorare que in-
di sunt: et que sunt necessaria euenire.
Depone de animo tuo fletum pro ter-
renis et assume lamentum pro cele-
stibus. Beati qui lugent: beati qui
sunt: quoniam ipsi ridebunt. Diligamus ergo
lachrymas que sunt suaves diligenti-
bus deum. Simus ergo tanto proni
ad lamentum quanto sumus ad cul-
pam audaces. Pone ergo oculum cordis
ut producat lachrymas compunctionis.
Ille.

Feria. vi. scilicet hebdomade. xl.

De usuris et restitutione rei aliene

Homo erat pa-
terfamilias qui plantauit
vineam: et sepem circum-
dedit ei: et torcula in ea fodit et edi-
ficauit turrim et locauit eam agricola-
lis. et peregre profectus est. Math.
xxi. Paterfamilias sunt doctores et
dominus deus. Qui tres habet fami-
lias: celestem terrestrem: et infernale.
Qui plantauit vineam id est plebem
iudaicam. De qua Isa. vi. c. Vineam
domini exercituum domus israel est. Sep-
pe eam circumdedit: quia eam munis-
uit angelica custodia. Torcular in ea
fodit: quando legem sibi dedit: quia
multis preceptis eos torquebat. Pre-
cepta fuere in summa. ix. c. xij. Edifi-
cavit turrim id est templum in hie-
rusalem. quod erat edificatum in modum
turris. Et locauit eam agricolis id est
sacerdotibus et principibus. Qui ha-